



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 73. Facultatis iudicium de Privilegiis Jesuitarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Braccas, seu Chauffe, eoquod in parva, Sæcul. XVI.
A.C. 1554.
ut vocant, *ordinaria* sub Lebello Doctore,
ac Præsede in Episcopi Parisiensis Au-
la pridie quasdam propositiones enun-
tiasset: itaque interrogatus de suis po-
sitionibus, aliqua respondit digna repre-
hensione, præterquam quod etiam pro-
positiones in se continerent errores, cum
tamen a præfato Magistro esset admo-
nitus, ut emendaret illas, ei non pa-
ruit: de hoc ergo negotio ita delibera-
tum est. *Dictus Baccalaureus primus si-
gnabit, se submissurum particulariter in hoc
negotio Facultati, & deinde maturius dis-
cutietur de futura correctione.*

Paruit huic sententiæ Doctor, atque
sue subjectionis syngrapham proprio fir-
mavit chirographo.

§. LXXIII.

*Facultatis judicium de Privilegiis
Jesuitarum.*

Die prima Septembris Facultas con-
ventum habebat pro expediendis
duobus aliis negotiis, quorum primum
concernebat quædam privilegia a San-
ctissimo Domino nostro Papa Paulo III.
Bullæ Jesuitarum, & Sanctissimo etiam
Domino nostro Papa Julio III. concessa,
in favorem quorundam, qui se nomine So-
cietatis Jesu insigniri cupiunt. Equidem
scripta offerebantur hæc privilegia, qui-
bus

*Argentre
l.c. tom. 2.
p. 224.*

Sæcul. XVI. bus præfati Pontifices societatis novæ
 A. C. 1554. Patres honorabant, *ut tamen prudentius,*
maturius, & exactius examinarentur, & ne
quid in re tam gravi, tantique momenti præ-
cipitanter ageretur, remissi sunt proxima
Congregatione ad determinandum, & inte-
rim moniti sunt omnes & singuli Magistri,
ut rem tantam apud se sedulo meditarentur,
& summo adhibito consilio, & diligentia
tractarent.

§ .LXXIV.

Proposita cum Nicolao Harnois
conciliatio.

Altera causa, circa quam fuit delibe-
 ratum, erat compositio litis inchoa-
 tæ cum Nicolao Harnois, de quo jam
 anno priori mentio fuit facta; hanc er-
 go in rem conclusum, quod præfatus
 Religiosus ad jusjurandum Facultati
 præstandum admittatur, necnon post
 acceptam lauream Doctoris juribus frua-
 tur, ea tamen lege, ut testimonium
 afferat a sex Ordinis sui Viris subscri-
 ptum, vi cujus testatum fiat, quod præ-
 dicasset iis verbis, quibus nuper per di-
 ctæ facultatis sententiam die duodeci-
 ma Octobris Anno millesimo quingen-
 tesimo quinquagesimo tertio pronuntia-
 tam prædicare fuerat jussus, & sub qua
 conditione ad Doctoratum est receptus:
Si vero id non fecerit, aut eum hoc non fe-
cisse